

# VARIEDADES.

---

## I.

### MONUMENTOS PICTÓRICOS Y ESCULTÓRICOS DEL CRISTIANISMO HASTA EL IMPERIO DE CARLOMAGNO, POR EL P. RAFAEL GARRUCCI.

## 1.

Carta autógrafa é inédita del autor á D. Aureliano Fernández Guerra.

Raphael Garruccius Domino Aureliano Fernandez Guerra y  
Orbe salutem.

Gratias tum Academiae, quae electioni meae assensa est,  
nomine meo quam maximas actas velim, tum domino de la  
Fuente (1), qui me socium cooptandum rogavit (2).

Nuper cum in Honorariorum Sociorum numerum me Societas  
Antiquariorum Regia Londinensis summo consensu omnibus  
votis retulisset, illud de me iudicium tulit, quod in recentiori  
congressu vestro (3) comprobastis. Namque, cum id semper in  
meis studiis ac laboribus spectarim ut bono rei publicae litterariae  
essem, hunc fructum reor iudicio vestro me amplissimum atque  
exoptatissimum percepisse, ut ea quae in lucem edidi re ipsa  
fateremini utilitati publicae fuisse, adderetisque in posterum

---

(1) D. Vicente.

(2) En 13 de Diciembre de 1867.

(3) 17 Enero 1868.

mihi currenti quosdam veluti stimulos quibus ad maiora capesenda animus accederet.

Faciam igitur ut quamprimum, aliis lucubrationibus sepositis, in id opus incumbam quod propter summam utilitatem et Religionis dignitatem ac decorem caeteris praferri omnes ut puto facile optabunt.

Suscepi enim edendum *Corpus Monumentorum sculptorum et pictorum Ecclesiae Christianae universae ab eius exordio ad saeculi VIII finem*. Et quoniam de dogmate et Christianis moribus extant Patrum scripta ex quibus Theologi colligunt argumenta quae ad haeresim refutandam opportune offerantur; ego id ago ut de Dogmate et Christianorum moribus sit corpus quoddam monumentorum collectum quo etiam Artes liberales iuventur.

Qui post Winckelmannum et Viscontium quotque summi archaeologi floruerint, qui corpora confecerint Monumentorum mythologicorum, omnes et sciunt et mirantur: pudet vero neminem adhuc extitisse qui ad Christianas antiquitates scientiam archaeologicam attulerit, iisque principiis, quibus Critice maxime utitur, niteretur ut extruderit occultas pro disciplina arcana res quibus christiana constat et constituit ubique, et Ecclesiarum omnium consensione tradita est.

Sed quoniam ingens opus non mediocres sumptus habeat necesse est ut invulgetur; rogo Academiam nostram pro ea qua in me est voluntate et pro Religionis ipsius utilitate ac dignitate velit me commendare Bibliothecis publicis Regni ut subscriptibant *programmati*, quod gallica lingua translatum mitto, in quo rationem operis et pretii do, et benevolentiae praepositorum praefectorumque me committo.

In spem venio Academiam universam suffragio suo et auctoritate mihi maximo adiumento futuram.

Tibi rebusque tuis addictissimus

*Raphael Garruccius S. J. (1).*

(1) Esta carta autógrafa del incrito P. Garrucci no tiene data, que sin duda está comprendida entre el 17 de Enero de 1868, fecha de su elección en socio correspondiente de nuestra Academia, y el 26 de Junio del mismo año.—Nota de la R.

## 2.

Dictamen de la Comisión de Antigüedades.

Excmo. Señor:

Nuestro individuo correspondiente, el padre Rafael Garrucci, excita á la Academia para que interponga sus buenos oficios con el Gobierno de S. M. á fin de que se suscriban las bibliotecas públicas del reino á la importantísima obra que trata de publicar, intitulada *Monumentos de la religión cristiana, esculturas y pinturas, desde la primitiva edad cristiana hasta fines del siglo VIII*. Constará la obra de seis grandes volúmenes en 4.<sup>º</sup>, con 600 láminas en cobre; cada volumen cuesta 50 francos.

La Academia no puede menos de hacer esta recomendación con vivo empeño, supuesto que las Artes y las Letras en todo el mundo tienen sumo interés en que se realice la publicación, cuyo texto aparecerá escrito en francés é italiano. El artista, el historiador, el arqueólogo, el filósofo, cuantos en fin cultiven cualquier ramo de los conocimientos humanos, han de hallar grandes elementos de ilustración en esta obra colosal, y seguramente que no deben carecer de ella ninguno de los establecimientos de enseñanza pública.

La Comisión de Antigüedades entiende, pues, que debe dirigirse á la Dirección general de Instrucción pública la más eficaz recomendación para que se adquiera un razonable número de ejemplares y se recomiende á las bibliotecas provinciales; y que la Academia debe dar el ejemplo suscribiéndose por uno.

Madrid, 26 de Junio de 1868.—JOSÉ AMADOR DE LOS RÍOS.—AURELIANO FERNÁNDEZ GUERRA.—EDUARDO SAAVEDRA.—PEDRO DE MADRAZO.—MANUEL OLIVER Y HURTADO.

## 3.

Ilmo. Sr. Director general de Instrucción pública.

El Reverendo Padre Rafael Garrucci de la Compañía de Jesús é individuo correspondiente de esta Real Academia, remite á la

misma varios ejemplares del prospecto adjunto, rogando al propio tiempo que se recomiende á las bibliotecas públicas del reino la obra que trata de publicar con el título de *Les monuments de la religion chrétienne, sculptures et peintures depuis l'origine du christianisme jusqu'à la fin du huitième siècle*. De acuerdo de la Academia lo comunico á V. S. I. para su conocimiento, y para que, si lo tiene á bien, disponga que se suscriba esa Dirección general por el número de ejemplares que juzgue oportuno con destino á las principales Bibliotecas públicas.

Dios guarde á V. S. I. muchos años.—Madrid, 30 de Junio de 1868.—PEDRO SABAU, *Secretario perpetuo.*

## II.

### TESTAMENTO DEL BEATO RAIMUNDO LULIO.

(Palma de Mallorca, 26 de Abril de 1313.)

In nomine domini nostri Dei Jesu Christi qui solita pietate neminem vult perire immo salvat sperantes in se ac perducit ad gaudia paradisi. Ego magister Raimundus Lulli sanitate perfruens corporali meo pleno sensu atque memoria integra cum firma loquela meum facio et ordino testamentum. In quo eligo manumissores meos videlicet Petrum de Sanctominato generum meum Guillermum Arnaldi de Ecclesiis Franciscum Renovardi et Jacobum de Aies. Quibus rogando suplico ac plenam confero potestatem quod si me contigerit mori antequam aliud michi liceat condere testamentum ipsi omnes seu illi qui presentes fuerint de eisdem dividant et distribuant omnia bona mea prout in hoc meo testamento scriptum invenerint ac etiam ordinatum tamen sine dampno eorum et rerum suarum. In primis quidem dimito cuilibet predictorum manumissorum meorum viginti solidos regalium maiorienses minutorum pro eorum labore huius